



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitulare de ministerialibus palatinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

profectum iudices nostri conlucari faciant.

LXVI. De capris & hircis & eorum cornibus & pellibus nobis rationes deducant, & per singulos annos niufaltos crasfos nobis inde adducant.

LXVII. De manfis abfis & mancipiis adquisitis, fi habuerint, fi non habeant ubi eos collocare poffint, nobis renuntiare faciant.

LXVIII. Volumus ub bonos barridos ferro ligatos, quos in hoftem & ad palatium mittere poffint, iudices finguli praparatofemper habeant, & utres ex coriis non faciant.

LXIX. De lupis omni tempore nobis annuntient quantos unufquifque comprehenderit, & ipfas pelles nobis praefentare faciant. Et in mense Maio illos lupellos perquirant & comprehendant tam cum pulvere & hamis quam cum follis & canibus.

LXX. Volumus quod in horto omnes herbas habeant, id efl, lilium, rofas, foenigracum, coftum, falviam, rutam, abrotanum, cucumeres, pepones, cucurbitas, fafcolum, cuminum, rofmarinum, carvum, cicerum Italicum, fquillam, gladio-

lum, dragontea, anifum, coloquintidas, follequium, amicum, filum, lactucas, git, erucam albam, nafurtium, bardanam, pulegium, olifatum, petrofeelinum, apium, levifticum, fabinam, anetum, fanicalum, intubas, diptamnium, fynapi, fatureiam, fifimbrium, mentam, mentaflrum, tana-ritam, nepetam, febrifugiam, papaver, betas, vulgigina, bifmaluas, id efl, alteas, maluas, carrucas, pafinacas, adri-
pias, blitum, ravacaulos, caulos, unio-nes, britlas, porros, radices, afcaloni-
cas, cepas, alia, vvacentiam, cardones, fabas majores, pifa maurifica, coriandrum, cerefolium, lacteridas, felareiam. Et ille hortulanus habeat fub domum fuam Iovis barbam. De arboribus volumus quod ha-
beat pomarios diverfi generis, prunarios diverfos, forbarios, mefpilarios, pirarios diverfos, caftanearios, perficarios diverfi generis, cotoniarios, avellanarios, amand-
alarios, morarios, lauros, pinos, ficus, nucarios, cerefarios diverfi generis. Malo-
rum nomina. Gormaringa, Geroldinga, crevedella, fpirauca, dulcia, &c.

EXPLICIT CAPITVLARE DOMINICVM,

CAPITVLARE DE MINISTERIALIBVS PALATINIS.

Nunc primum editum ex veteri codice MS. fancti Vincentij Laudunensis.

CAP. I.

VT unufquifque ministerialis pala-
tinus diligentiffima inquisitione dif-
cutiat primò homines fuos, & pofttea pa-
res fuos, fi aliquem inter eos vel apud vos
ignotum hominem vel meretricem lati-
tantem invenire poffit. Et fi inventus ho-
mo aliquis aut femina hujufmodi fuerit,
custodiatur, ne fugere poffit, ufque dum
nobis adnuntietur. Et ille homo qui ta-
lem hominem vel talem feminam fecum
habuit, fi fe emendare noluerit, in pala-
tio noftro obfervetur. Similiter volumus
ut faciant ministeriales dilectæ conjugis
noftre vel filiorum noftrorum.

Tom. I.

II.

Vt Ratbertus actor per fuum minifte-
rium, id efl, per domos fervorum noftro-
rum tam in Aquis quam in proximis villu-
lis noftis ad Aquis pertinentibus fimilem
inquisitionem faciat. Petrus verò & Gun-
zo per fcruas & alias manfiones fervorum
noftrorum fimiliter faciant. Et Ernaldus
per manfiones omnium negotiatorum,
five in mercato, five aliubi negotientur
per Christianorum vel Iudæorum man-
fionari * * * * noftrorum eo tempore
quando illi feniores in ipfis manfionibus
non funt.

Y ij

III.

Volumus atque iubemus ut nullus de his qui nobis in nostro palatio deserviunt aliquem hominem propter furtum aut aliquem homicidium vel adulterium vel aliud aliquod crimen ab ipso perpetratum, & propter hoc ad palatium nostrum venientem, atque ibi latitare volentem, recipere præsumat. Et si liber homo hanc constitutionem transgressus fuerit, & talem hominem..... fuerit, in collo ad mercatum portare debere. deinde ad cippum in quem idem malefactor mittendus est. Si autem servus fuerit qui hanc nostram iussionem severare contempserit, similiter illum malum factorem in collo suo usque ad cippum deportet, & ipse postea in mercatum adducatur, & ibi secundum merita sua flagelletur. Similiter de gadalibus & meretricibus volumus ut apud quemcunque inventæ fuerint, ab eis portentur usque ad mercatum,

ubi ipsæ flagellandæ sunt. Vel si noluerit, volumus ut simul cum illa in eodem loco vapulentur.

IV.

Quicumque homines rixantes in palatio invenerit, & eos pacificare potuerit & noluerit, sciat damnum quod inter eos factum fuerit participem esse debere. Quod si rixantes viderit, & eos pacificare non potuerit, & qui sunt illi qui inter se rixantur cognoscere noluerit ut hos indicare possit, similiter iubemus ut damnum quod inter eos commissum fuerit in compositione communionem habeat.

V.

Quicumque hominem undecunque ad palatium nostrum venientem receperit sive adduxerit, nec expellere curaverit, damnum quod ab eo fuerit in palatio nostro factum.....

Cetera ita obliterata & deleta sunt in codice MS. ut legi nulla arte potuerint.

